

8232 cippi duo in sepulcri angulis collocati, rep. locis antiquis ad S. Angeli in Formis a. 1880.

| | |
|---------------|---------------|
| IN · FR · P · | IN · FR · PE |
| XXV · IN | XXV · IN |
| AGR · P · XXX | AGR · P · XXX |

Iannelli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 452.

8233 Capuae rep.; Gallozzius dedit museo Campano.

† HIC REQUIESCIT
ADELE
FVNC

Iannelli act. Casertan. 1881 p. 27.
Fortasse aetatis Langobardae.

8234 Capuae parochus Raphael della Cioppa dedit museo Campano.

† HIC REQUIESCIT
IN SOMNO PACIS
SATVRA QUAE UI
XIT PLVS MINUS

Iannelli in actis Casertanis 1884 p. 27.

LII. CAIATIA (p. 444).

ad n. 4578. Fortasse miliaria pariter atque infra edita n. 8306; ipsam esse vix crediderim.

ad n. 4598. Nuper denuo prodiit in hortis ecclesiae S. Mariae a Marano. Descriptam misit Faraone sic:

D · M · S
CAECINAE
MARCIANO
VIXIT · ANNIS · X
5 MENS · X · DIEB
XIII
CAECINA · IV
CVNDVS · FILIO
CARISSIMO

8235 a Caiatia chiliometro c. I septentrionem versus rep. in loco dicto *Casaline* prope thermarum rudera, dum via sternitur a. 1879, una cum aliis compluribus rudibus aetatis Romanae; est apud Faraonium.

apOLLINI
H

Ios. Faraone misit Duhnio a. 1884.

8236 basis calcarea alta ab una parte metr. 1, ab altera cent. 70, lata cent. 65, crassa cent. 40, rep. loco ut videtur antiquo, a Caiazzo oppido tertio lapide inter septentrionem et occidentem in Montis S. Crucis (*Monte S. Croce*) clivo inter meridiem et occidentem, ubi olim fuit monasterium S. Crucis montis Vernae, nunc casa rustica est Petri Rainone. Non longe inde fons scaturit, a quo aquaeductus ex Tiburtino lapide factus descendit ad locum olim Magrani, hodie Marano dictum. Destinata est museo Rainoniano in oppido S. Agathae Gothorum.

Q·FOLVIVS·Q·F·M
HANCE·AQVA
INDEIXSIT·APV
P·ATILIVM·L·F
PR·VRB

Misit Iosephus Faraone Caiatinus et descriptam et charta expressam. Edidimus in *Hermae* vol. 46 p. 492 ego, Iannelli in actis Casertanis 1881 p. 61 cf. p. 71. 74.

Q. Fulvius Q. f. M. [n.] hance aqua[m] indeixsit apu[t] P. Atilium L. f. praetorem urb[anum]. Praetor praeterea ignotus est, nec magis eius qui de aqua nuntium ad eum misit nomen alibi reperitur, potest filius fuisse consulis a. 601 Q. Fulvii M. f. M. n. Nobilioris, cuius aetati et forma litterarum et scribendi ratio apta est. Aquaeductus, ad quem basis prodiit, sine dubio ipsa ea aqua est, de qua Q. Fulvius nuntium misit ad praetorem urbanum, nec magis dubium est eum aquaeductum a Fulvio factum esse. Eum si fecit in agro privato, cur nuntium miserit vel adeo qui mittere potuerit, non perspicio; quam ob rem probabile est aquam illam publicam fuisse populi Romani, occupatam autem iure tum licito a Fulvio aut cum agro vicino item publico aut propter contiguum agrum ipsius privatum et ne ab alio rursus occuparetur, factam occupationem praetori urbano nuntiatam esse.

8237 Cajazzo rep. in hortis Paschalis della Valle.

Q·VECILIVS
M·MARJ
DVO·VIRI
d. C·D·SVA·P·eq. f. c

Misit Ios. Faraone a. 1884 ediditque in actis Casertanis 1884 p. 73.